

## LA CARTUJA DE VALDEMOSA

### *Documentos sobre su dotación*

Los discípulos de san Bruno o la orden cartujana se propagaron notablemente durante los siglos XIII y XIV; en el reino de Aragón se multiplicaron merced a las atenciones recibidas de Benedicto XIII y del rey Martín V, ambos devotísimos de la orden.

Al final del s. XIV, al proyectarse la fundación de Mallorca, Martín V cede el palacio que el rey Sancho edificara con el propósito de reparar su quebrantada salud al venir a descansar en el mismo. De esta forma Valldemosa, que desde que Ramón Llull se retiró en las soledades de Miramar había visto poblar las *Ermites Velles* de anacoretas y ermitaños, ve ahora retoñar nueva familia religiosa dedicada primariamente a la oración y contemplación. —En 1391 queda erigida la Real Cartuja de Jesús Nazareno.

Sirven de base inicial para la dotación de este monasterio los derechos sobre diversas porciones en Sóller y Fornalutx confirmados en 1268 por el rey Jaime I a favor de Sor Guillerma, priora del monasterio de Santa Margarita, procedentes de la manda pía de Bernardo Descala; igualmente poseían las *Dones de Junqueres*, o religiosas del mencionado monasterio, otra porción que en diciembre de este mismo año Berengario Nadal vendió a Mateo Esparraguera; los cuales, juntamente con la parte que cedió Ramona esposa de Ramón Prats a su hijo Jaime con ocasión de casarse con Guillerma hija de Berengario Siquer, en la alquería de Mancor, parroquia de Selva, según donación del 18 enero 1294, por diversos avatares de los tiempos pasaron a disposición del nuevo monasterio cartujano.

Sin embargo resultaban insuficientes, no sólo para sustentar los doce monjes, —número prefijado en la fundación, —sino también para atender a la adaptación del palacio a las necesidades de un convento y edificación de la nueva iglesia, por lo cual el mencionado monarca, los Jurados del Reino y el *Gran i General Consell*, de acuerdo con el prior Fr. Pedro Pujol y demás religiosos, solicitan la incorporación al monasterio de la rectoría de Santa Cruz o Lluchmayor, la primera que se halle vacante; solicitud presentada a Su Santidad Benedicto XIII quien otorgó la gracia impetrada, pero no pudo extender el documento pertinente por hallarse privado de libertad y desprovisto del sello pontificio. Lo hizo en

su nombre el cardenal Fernando tarazonense. El mismo dia 26 agosto 1401 por el mismo procedimiento se confirma la cesión del *quart* de las sobredichas parroquias a favor de la Cartuja de Valdemosa.

El mismo pontífice en 2 marzo 1409 confirma la anexión de la rectoria de Santa Cruz y la colación de vicario perpetuo de dicha parroquia hecha por el obispo de Mallorca D. Luis de Prades a favor de Nicolás Cuch, quien no solamente fue gran entusiasta de la fundación, ya que viajó por tierra y por mar para conseguirla, sino que más adelante lo vemos entre los monjes profesos de Valdemosa; éste el 12 de mayo de 1399 siendo beneficiado de la catedral obtenía licencias para ausentarse de la diócesis, permiso que probablemente aprovecharía para gestionar negocios tocantes a la Cartuja.

El 26 noviembre de este mismo año Pablo Ferrer, vicario perpetuo de Sta. Cruz, a requerimiento del prior Fr. Juan Gomis da posesión del *quart* de dicha parroquia, vacante por renuncia de Juan Prades.

Dos años más tarde, el 16 abril 1411 el notario de la curia eclesiástica Juan Riera firma un certificado sobre el montante del diezmo de trigo, vino y aceite de la parroquia de Valdemosa; en 1413 Benedicto XIII anexiona al monasterio el *quart* de Felanitx, que surte su efecto por renuncia de Jaime Scarp, cuyo rector Guillermo Fabregas da posesorio a requerimiento de Bernardo Gibert vicario de la Cartuja.

Finalmente el 19 febrero 1415 se incorpora el *quart* de Robines, —Binisalem, —vacante por renuncia de Pedro Fonollet canónigo de Barcelona y familiar del pontífice. Es curioso observar como el día siguiente, 20 febrero, los monjes eligen procurador a Fr. Juan Blanch, prior del monasterio, para procurar la ejecución de la bula que acabamos de mencionar, lo que hace sospechar que estarían previamente de acuerdo y el documento se hallaría ya redactado, y la fecha se escribiría al conocer la data de la concesión; efectivamente el 10 abril 1415 Pedro des Sorts, oficial de Barcelona y ejecutor de la bula a que nos referimos, entrega el *quart* de Robines al monasterio de Jesús Nazareno a través de Fr. Nicolás Cuch.

Sin embargo y a pesar de todas las previsiones canónicas, se vieron temporalmente frustradas tan santas intenciones, ya que durante el pontificado de Paulo II, Marcos Castanyer vicario perpetuo de Sta. Cruz con una exposición obrepticia y subrepticia logró suplantar a los monjes en los derechos parroquiales; éstos lejos de pleitear aguantaron pacientemente aquella adversidad. A la muerte de Castanyer se confirió la vicaría a Esteban Descors y por renuncia del mismo las cosas volvieron a su primitivo estado, gracias a una bula de Sixto IV del 29 mayo 1473.— Posteriormente en 1569 los monjes intentaron permutar la rectoria de Santa Cruz con la de Valdemosa, pero el proyecto no cuajó (Cfr. A. D. III/103/1).

Gracias a las anotaciones dorsales podemos barruntar cómo estaba distribuido el archivo monacal: los documentos se conservaban en cajones numerados; las bulas que llevan sello pendiente se colocaban previamente en una talega confeccionada con un retazo de tela de los hábitos. —Cuando llegaron los infiustos días de la excausación los fondos archivísticos fueron dispersados; por fortuna en nuestro Archivo Diocesano conservamos una veintena de registros. Exceptuando uno que contiene varios capítulos generales del s. XVII los demás tratan materias económico-administrativas cuya reseña ofrecemos a continuación.

### REBUDES E DADES

—Libre de rebudes e dades... 1422-24. —Figuran la primicia de Sta. Cruz y el quart de Binisalem, Lluchmayor y Felanitx.

300 x 220,57 fs. tapas pergamino. A.D. MSL/157.

—Libre de rabudes de la Case de Jesus de Natzaret del Orde de Cartoxa...1431. —Contiene los datos de la primicia de Sta. Cruz etc.

300 x 220,56 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/158.

—Libre de dades e rebudes fetes per mi Gabriel Caselles...1441.

300 x 220,38 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/168.

—Libre de rebudes e dades feter per mi Gabriel Caselles prevere, procurador del monestir de Jesus de Nazaret...1459-60. Contiene la administración de la primicia de Sta. Cruz etc.

300 x 220,37 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/159.

—Libre de sansalls e de dades e rabudes...1470-71. Lleva la administración de la primicia de Sta. Cruz y el quart de Lluchmayor etc.

300 x 220,54 fs. A. D. MSL/160.

—Libre segon. Libre menat per en Iaume Ballester notari... 1479-80. Contiene la administración de la primicia y los quart.

300 x 220,24 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/161.

—Libre de rebudes e dades fetes per mi Antoni Morro notari y econom y procurador del monestir de Cartuxa...1483-84. Contiene la administración de la primicia y los quart.

330 x 220,61 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/162.

—Liber primus menat per en Miquel Mulet notari y procurador de Cartoxa...1484-85. Contiene la administración de las primicias de Sta. Cruz y los quarts.

300 x 220,47 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/163.

—Libre terç de capbreu del monestir...1486-87.

300 x 220,50 fs. tapas de pergamino escrito en s. XV. A. D. MSL/169.

—Libre quart manat per en Miquel Mulet notari procurador del monestir de Cartoixa...1487-88. Contiene la administración de la primicia y los quarts.

300 x 220,41 fs. tapas de pergamino escrito en s. XV. A. D. MSL/164.

—Libre de capbreu quint dels censals, rendes e fruits...1488-89.

330 x 220,41 fs. tapas de pergamino. A. D. MSL/165.

—Libre nove de capbreu dels censalls, rendas y fruits...1492-93.

300 x 220,38 fs. tapas de pergamino. A. D. MSL/166.

—Libre de dades e rebudes fetes per mi Baranguer Mas...1495.

300 x 220,18 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/167.

### ALBARANS

—1486—1525. 220 x 150,51 fs. tapas de pergamino escrito en 1414. A. D. MSL/46.

—1526—75. 210 x 150,89 fs. tapas pergamino. A. D. MSL/66.

—1575—1632. 210 x 150 fs. tapas pergamino escrito en 1520. A. D. MSL/47.

—1638—81. 210 x 150 fs. tapas de pergamino. A. D. MSL/48.

### MANDA PIA.

—Valor de tots los bens de la herencia del discret mn. Pau de Oleza pvra. de la qual es hereu lo convent de Cartuixa ab certes obligacions fet e fermat en poder del discret en Gabriel Marsall a XXVIII del mes de octubre any MCCCCXXXII. — Hay índice alfabético de los objetos vendidos y su precio.

290 x 200,74 fs. A. D. MSL/170.

### CAPITULOS GENERALES

Carte capituli generalis ab anno 1600 usque ad annum 1649.

210 x 150,570 fs. tapas pergamino; hay un resguardo de pergamino (hoja de breviario del s. XV)

### DERECHO DE AGUA

Noticies molt interessants a la Cartuxa sobre la aygua o Font de Mestre Pere qu. A la fi de este libre se trobe lo indice de dites noticies.

310 x 210,601 fs. tapas de pergamino. En la superior se halla una miniatura con el escudo de la Cartuja de Jesús Nazareno.

A continuación ofrecemos la transcripción de los documentos referentes a la dotación del monasterio. Nuestro deseo es contribuir, aunque sea en forma muy modesta, a la conmemoración del VI centenario del Cisma de Occidente, ya que la mayor parte de los documentos presentados proceden de la Curia Pontificia de Benedicto XIII.

JUAN ROSSELLO LLITERAS  
Director del Archivo Histórico  
Diocesano de Mallorca.

1268, iul 23

*Iacobus (I) Aragoniae confirmat Guillerme priorise Ste. Margarite Civit. Maioric. donationem eidem monast. factam per Bernardum Descala de omnibus possessionibus quae habebat in alqueria Fornelug in valle de Soler in parte Gastoni de Berano. interveniente Simone de Sancto Felicio nott. — Dat. Maioric. X kal.aug.a.Dni.MCCLX octavo.*

Noverint universi quod nos Iacobus Dei gratia rex Aragonum, Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Monpelier per nos et nostros laudamus, concedimus et firmamus vobis Guillerme de Pontis priorisse et conventui monialium Sancte Margarite siti in Civitate Maioricarum presentibus et futuris in perpetuum donationem per Bernardum Descala factam vobis seu dicto monasterio de honoribus, tenedonibus et possessiōnibus quot et quos habebat in alqueria que dicitur Fornelug que est in valle de Soler in parte Gastoni de Berano quos pro ipso Gastono tenebat et de quibusdam aliis in dicta carta continentur prout in ipsa carta plenius continetur, ita scilicet quod predictos honores, tenedones et possessiones ac alia quecumque et que dictus Bernardus Descala vobis dedit prout in dicta carta donationis plenius continetur, habeatis vos et dictum monasterium franca et libera ab omni honore, servitute excepta tributo quod inde facere debetis ad omnes vestras voluntates inde penitus perpetuo faciendas non obstante consuetudine vel franquitia que dicit quod militi vel ecclesie non possit aliquid dari vel alienari, sicut melius dici et scribi et intelligi potest ad unum ad vestrum et vestrorum bonum et sincerum intellectum, mandavit firmiter baiulis et vicariis et universis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant observari ut superius continetur et non contrafaciant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Datum Maioricis X kalendas augusti anno Domini MCCLX octavo. Sig.  
+ num Iacobi Dei gratia regis Aragonum et Valencie, comis Barchinone

et Urgelli et domini Montpelier.

Testes sunt Berengarius de Tornamira, Guillermus de Monte Gristardo, Iacobus de Sancta Eugenia, sacrista maioricensis, Petrus Nuniz, Miquel Nuniz.

Sig + num Simonis de Sancto Felicio qui mando domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

Sigillum deperditum et bulla; adsunt tamen foramina.

A tergo:

H. = Iam est in libro.

Annotationes ab archivista monasterii peractis.

Carta de confirmacio de so quel monastir ha a Fornaluyg en la val de Soler.

Fa per lo de Fornalux de Soller ques de nostro (monestir).

Va dins plech 1 de alous, número 2.

1268, 1 dec.

*Berengarius Natalis vendit Matheo Esperigere certam portionem cum domibus ibi constructis in valle de Soler in porcione episcopali cum affrontationibus descriptis. —Actum Maioricis kal.dec.a.Dni.MCCLX octavo. — Copia authenticata penes Iacobum Avinioni not.maioric.III idus mar.a.Dni. MCCCXXVI.º.*

Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. Sit notum cunctis quod ego Berengarius dono per me et meos et stabilio tibi Matheo Esperigerre et tuis successoribus ad bene laborandum et in pace omni tempore possidendum totam illam petiam abintegro prout illam tibi assignamus cum domibus ibi constructis de illis videlicet honoribus quos per dominum maioricensem episcopum teneo in valle de Soler in portione sua ad censum quem ego solvam salvo iure censu senioratico et fatica ut in instrumento adquisitionis et que petia predicta affrontat ex una parte in torrente et de alia parte in vineis quas teneo per dominum comitem Impuriarum et ex alia parte in honor heredis Iohannis de la Mota quem teneo per dominum comitem antedictum et de alia parte in carraria qua itur ad Cumbam et in honor quem heres Raimundi de Vallgarnar tenet pro domino comite antedicto. Predicta itaque petia ab integro prout superius affrontat et tibi per me assignata est cum domibus ibi constructis et cum vinis, olivariis et aliis arboribus et plantis diversorum generum que ibi vel fuerint et cum terris cultis et incultis, pratis, pascuis, erbis atque lignis, garrigis, casis, casalibus, ortis, ortalibus et aliis universis et singulis ac predicta pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo in montibus et planis et ad domos ex abisso

usque ad celum tibi et tuis dono et stabilio ut dictum est, sub tali tamen conditione hoc stabilimentum tibi et tuis facio quod pro censu in execuzione et mellioramento dabitis tu et tui mihi et meis in hoc proximo venturo festo Omnim Sanctorum et deinde annuatim in eodem festo in perpetuum viginti et duos morabatinos et dimidium alfonsinos in auro sine enganno, rectos et recipensionem et ultra dabitis domino episcopo decimam fideliter. Ibi vero nullum alium dominum proclametis vel faciatis tu et tui nisi tantummodo dictum dominum maioricensem episcopum et me et meos. Ita quod tu et tui sitis in dicto loco habitantes et affogantes liceatque tibi et tuis post dies decem ex quo in dicto domino maioricensi episcopo et in illo sive illis quibus voluerit et postquam in me et meis faticati eritis dicta omnia et melioramentum vendere, impignorare, dare, stabilire vel alio modo alienare vestro consimili. Salvo tamen semper censu iure dominio et fatica et decima dicti domini maioricensis episcopi et suorum et iure mei et meorum in omnibus promitens tibi et eis hec omnia facere, tenere et possidere in pace contra omnes personas sine enganno. Concedo etiam me a te numerando recepisse de introitu huius acquisitionis quinquaginta solidos regalium valentes. Super quibus renuntio omni exceptioni non numerate peccunie et doli ad hec ego Matheus Esperiguere laudo hec omnia et concedo et promito tibi dicto Berengario Natali et tuis predicta bene laborare et meliorare et censem predictum solvere et esse ego et mei in predictis habitantes et affogantes et dare domino episcopo decimam fideliter et alia que a me superius attendenda sint secundum dictam formam attendere et complere bona fide absque fraude. Quod est actum in Maioricis kalendis decembris anno Domini MCCLX octavo.

Sig + num Berengarii Natalis qui hec laudo et firmo. Sig + num Iacmete uxoris eius que hec laudo et firmo. Ego Berengarius de Vilalta procurator domini Petri Dei gratia maioricensis episcopi subscribo. Testes huius rei sunt Burgesius de Sabadello, Renovardus de Malo Bosco et Furtony Periz. Testes firmamenti dicte Iacmete sunt Petrus de Sancta Pelya et Petrus de Maris. Sig + num Marchesii Porri publici maioricensis notarii qui hec scripsit et clausit.

Sig + num Bernardi Puioli notarii maioricensis, testis. Sig + num Iacobi Bertrani notarii maioricensis, testis.

Sig + num Iacobi Avinionis notarii publici maioricensis qui hoc translatum fieri fecit fideliter et clausit videlicet tertio idus martii anno Domini MCCCXXVIº cum superposito in linea tertia ubi dicitur sua, et in linea XVII ubi dicitur dictam.

A tergo: Annotationes ab archivista monasterii scriptae:

Carta faent per los censals de Soller. = Novembre. = Soller.

Fa per los cens no portats de Fornalux que son 22 morabatinos y mitx alfonsins en or.

1294, ian. 18

*Raymunda uxor Raymundi de Pratis donat Iacobo filio suo omnia bona et iura quae habet in alcheria de Manchor et in parrochia de Silva occasione matrimonii contrahendi cum Guillermo filia Berengarii Ciquierii.—Actum XV kal. febr. a. millesimo CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto penes Iacobum Borrelli not. maioric.: est copia auctentificata ab eodem not. XII kal. apr. a. M.<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto.*

Hoc est traslatum fideliter sumptum a quodam instrumento, tenor cuius talis est. —Sit omnibus notum quod ego Raymunda uxor quondam Raymundi de Pratis gratis et bono animo ad me et meos titulo pure et perfecte donationis irrevocabiliter facte inter vivos dono et de presenti concedo tibi Iacobo de Pratis filio meo et tuis perpetuo ad hunc diem nuptiarum que inter te et Guillermam filiam Berengarii Cquierii fieri debent seu contrahi Domino largiente pro parte scilicet hereditate et legitima tibi pertinentibus et pertinere debentibus in bonis meis omnes honores meos, tenedones et possessiones, domos, vineas et alia omnia bona et iura mea mobilia et immobilia quecumque nunc habeo, teneo et possideo in alcheria de Manchor et termino eiusdem et in parrochia de Silva et de cetero habuero et michi devenerint quocumque modo, titulo seu etiam actione in quibuscumque aliis locis insule Maioricarum et etiam alibi. Quam quidem donationem tibi dicto filio meo et tuis facio de predictis et concedo in hunc modum quod predicta omnia que tibi serius dono, habeam et habere possim, tenere et possidere et expletare et fructus meos inde facere dum michi fuerit vita comes. Et post obitum meum predicta in posse et proprietatem tui et tuorum penitus revertantur pro tua voluntate libere facienda. Et interim dum vixero et predicta que tibi superius concedo tenuero et possidero iuxta formam memoratam concedo eadem tuo ac tuorum nomine precario possidere. Retineo vero in ista donatione centum solidos regalium Valencie de quibus possim tempore mei obitus meam facere voluntatem. Et sic secundum memoratam condicionem dictam donationem ratam, gratam atque firmam habere prompto et tenere et inviolabiliter observare et nunquam ipsi contravenire neque revocare causa ingratitudinis vel ullo alio modo. Immo de iure dominio et posse mei et meorum predicta omnia exercendo et in tuum tuorumque dominium et posse, eadem mito vel quasi trado, cedo e transfero tuo irrevocabiliter pleno iure, cum omnibus iuribus meis, locis, vocibus, rationibus et actionibus realibus et personalibus, utilibus, mixtis et directis quocumque in predictis michi et meis competant et competere possint vel debent iure aliquo ratione vel causa. Et cum hoc presenti publico instrumento ubique perpetuo valituro in corporalem possessionem et tenedo-

nem te et tuos inmito vel quasi. Constituens inde te dominum et procuratorem tanquam in rem tuam propriam ad habendum, tenendum et semper in pace possidendum et etiam ad dandum, vendendum, impignorandum et alienandum ad tuas tuorumque voluntates inde perpetuo faciendum sine vinculo et retentu mei et meorum quod in predictis non facimus ullo modo nisi ut serius declaratur. Salvo tamen semper in omnibus censu, iure, dominio et fatica domini vel dominorum pro quo vel quibus predicta tenentur vel pars ipsorum tenentur nunc vel tenebitur in futurum. Et ne ego possim vel aliqua alia persona meo nomine possit unquam contra hanc presentem donationem venire vel etiam que dicta sunt in totum vel in partem irritum revocare, etiam ingratitudinis vel ullo modo ipsi cause ingratitudinis et beneficio velleytani et omnibus quibuslibet iuribus et consuetudinibus obnoxia venientibus ex certa scientia quantum ad hec penitus renuncio, iurans inferius et promitens per Dominum et eius sancta IIII evangelia manibus meis corporaliter tacta, hec rata et firma semper habere et nullo tempore contravenire neque aliqua ratione quod est actum XV<sup>o</sup> kalendas februarii anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto.

Sig + num Raymunde predicte iurantis que hec firmo et laudo.—Testes huius rei sunt Petrus de Valle Bona, Geraldus de Suavi, Iohannes Suaris, Arnaldus de Suavi et Petrus Payani. Sig + num Iacobi Borrelli notarii publici maioricensis qui hec scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea XIII in dicione ubi dicitur nisi. Sig + num Arnaldi Raimundi publici notarii maioricensis testis. Sig + num Barravesii Payani notarii publici maioricensis testis. Sig + num Iacobi Borrelli notarii publici maioricensis qui hoc translatum a suo instrumento originali fideliter sumptum et cum eodem verbo verbum diligenter comprobatum scribi et translatari fecit et clausit XII kalendas aprilis anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto.

A tergo: Carta de donacio de la dona Ramona a son fill de bens i alous a Mancor i Selva.

Annotationes ab archivista monasterii peracte:

Va dins Plech I de Alous, numero 1.

La carta de donacio que feu la dona Ramona a son fill de bens i alous a Mancor i Selva.

1401. aug. 26

*FERDINANDUS basilice Duodecim App. de Urbe cardinalis terasco-nensis ad perpetuam rei memoriam: nomine Benedicti XIII confirmat in-*

*corporationem rectorie Ste. Crucis vel de Lucomaiori maioric. concessa monast. cartusiensi Vallis de Mussa virtute litt. app. eiusdem pontificis dat. Avinioni 22 iul. 1401. — Dat. Avinioni in palatio predicto VII kal. sep. pont. Benedicti XIII a. VII.— "Apostolice sedis circumspecta benignitas".*

‡ FERDINANDUS miseratione divina basilice Duodecim Apostolorum de Urbe sancte romane ecclesie presbiter. cardinalis tarasonensis communiter nuncupatus. ‡ AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Apostolice sedis circumspecta benignitas circa ea que ecclesiarum et monasteriorum ac personarum ecclesiasticarum in eis et presertim sub regulari habitu virtutum domino famulancium utilitas et comoda respiciunt se libenter exhibet propria et benignam. Exhibita siquidem sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Benedicto divina providentia papa XIII pro parte venerabilis et religiosi viri fratris Petri de Podiolo prioris ac conventus monasterii sive domus Iesu Nazareni ordinis cartusiensis, diocesis maioricensis soliti sive solite gubernari petitio continebat quod licet serenissimus princeps et dominus dominus Martinus rex Aragonum quoddam regium palacium in parrochia Vallis de Mussa dictae diocesis constituit ad opus dicti monasterii in quo prior et duodecim monachi ad divinum officium peragendum et alii ordinati valeant perpetuo virtutum Domino famulari deputaverit inibi tamen ultra multa opera iam facta ecclesia et plures officine dicto monasterio necessarie restant adhuc fiende, ad quarum fabricam et sustentationem dictorum prioris et fratrum ac aliorum secundum statuta dicti ordinis et obventiones ac emolumenta tam per ipsum dominum regem quam alias ex devocatione nonnullorum christifidelium pro parte ipsius monasterii assignati seu assignata non sufficiunt nec alias suppetunt facultates. Quare pro parte dicti domini regis ac reverendi in Christo patris domini Ludovici episcopi necnon iuratorum et magni consilii maioricensis, ac prioris et conventus predictorum eidem domino nostro papa fuit humiliter supplicatum quot alterum ex parochialibus ecclesiis Sancte Crucis maioricensis et de Lucomairi dictae diocesis illam videlicet que ex ipsis primo per cessum vel decessum illam obtinentis vacaverit aut si ambas simul vaccare contigerit illam videlicet quam primo prior et conventus predicti duxerint eligendam eidem monasterio perpetuo incorporare, annexere et unire de benignitate apostolica dignaretur memoratus igitus dominus noster papa volens eisdem priori et conventui in premissis providere huismodi supplicationibus inclunatus dictam ex parochialibus ecclesiis quam primo modo predicto vacare contigerit seu prior et conventus prefati eligerint ut prefertur, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis sub datum Avinioni XI kalendas austri pontificatus sui anno septimo eidem monasterio auctoritate apostolica imperpetuum incorporavit, annexuit et univit ita quod cedente vel de-

cendente rectore eiusdem parochialis ecclesie qui nunc est aut illam alias quomodolibet dimittente liceat eisdem priori et conventui per se vel procuratorem suum ipsius ecclesie iuriumque et pertinenciarum eiusdem etiam si dicte ecclesie rector ipsius domini pape aut alicuius ex reverendissimis in Christo patribus dominis sancte romane ecclesie cardinalibus familiaris aut sedis apostolice cappellanus seu officarius et propterea vel alias dicta parochialis ecclesia disposicioni apostolica fuerit generaliter vel specialiter reservata, corporalem possessionem auctoritate propria apprehendere, fructusque, redditus et proventus iura, obventiones et emolumenta ipsius recipere et etiam retinere ac suos et dicti monasterii usus convertere libere et licite diocesani loci et cuiscumque alterius licentia minime requisita, reservata tamen per episcopum predictum de ipsius ecclesie fructibus, redditibus et proventibus huiusmodi pro uno perpetuo vicario in eadem ecclesia instituendo ac loci ordinario per priorem et fratres dicti monasterii qui pro tempore fuerint presentando qui in eadem ecclesia domino serviat et curam parochianorum ipsius ecclesie gerat congrua portione de qua idem vicarius congrue valeat sustentari, iuraque episcopalia solvere et alia sibi incumbentia onera supportare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis nequam obstantibus quibus cumque aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis in illis quartibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetravit etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quasquidem litteras et processus habitos per easdem ad dictam ecclesiam idem dominus noster papa voluit non extendi sed nullum per hoc eis quoad assecutionem parochialium ecclesiarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus totisque eorum tenoribus habenda sit in presentibus litteris mencio specialis proviso quod dicta ecclesia debitum non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur eiusque onera supportentur memoratus enim dominus noster papa ex tunc videlicet a dicta die XI kalendas augusti irritum decrevit et inane si secus super hiis a quoamque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam huismodi incorporacionis, annexionis, unionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Verum cum propter nonnullas persecuciones satis toti orbi notorias proth dolor eidem domino nostro pape illatas obsidionemque manifestam in qua Avinioni in palacio apostolico per biennium et ultra detentus est ac substracionem bulle papalis sibi factam

littere apostolice tam super huismodi quam super aliis diversis gratiis quas personis diversis dictus dominus noster papa fecerat et ex tunc etiam faceret necnon iusticie et aliis litteris in cancellaria expediri solitis more solito expediri et bullari non possent, ne persone huismodi dictarum gratiarum et aliarum litterarum predictarum frustrarentur effectu, idem dominus noster papa statuit et per suam constitutionem ordinavit quod nos Ferdinandus cardinalis tarazonensis prefatus super predictis omnibus et singulis concessionibus et indultis et aliis gratiis quibuscumque factis et fiendis necnon et litteris aliis quibus cumque in cancellaria expediri solitis literas sub nostro sigillo concederemus, volens nichilominus quod huismodi litteris in sigillo munitis tam iam expeditis quam imposterum expediendis, traditis et tradendis ubique plena fides adhibeat tam in iudicio quam extra et quod ipse littere ad probandum omnia et singula in eis contenta sufficient ac si essent littere apostolice super gratiis vel aliis predictis confecte, et sub bulla sua plumbea bullate nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Voluit tamen idem dominus noster quod quamprimum ipse bulla sua papali utetur, prior et conventus prefati infra quatuor mensium spacium a tempore expeditionis primarum litterarum apostolicarum sub dicta bulla litteras apostolicas super huismodi gratia vobis facta sub bulla ipsa teneantur facere expediri in quorum omnium et singulorum fide et testimonium premissorum presentes nostras litteras nostri sigilli iussimus et fecimus appensione muniri. Datum Avinioni in palacio predicto VII kalendas septembres pontificatus domini nostri domini Benedicti pape XIII anno septimo.

Super plicam ad dexteram: Rata M. de Arteaga.

A tergo circa medium: R magni caractere.

Subter: B. Forty.

Concessio pape parochialium ecclesiarum monasterio Iesu Nazareni ordinis carthusiensis, primam que vacaverit alter ex ecclesiis vel Sancta Cruce vel de Loco Maiori ipsi monasterio.

Datur ius patronatus monasterio. D. = Vicarius deputatur cui quedam portio datur.

Adest sigillum cereum e cera albi et rubri coloris pendens e cordula rubri et crocei coloris. Sigillum fractum.

Annotationes ab archivista monasterii scripte:

Calaix 2 numero 2.

Indult apostolich per lo qual papa Benet unex al monestir de Cartuxa de Maiorela la primera rectoria vagant de dos, la de Santa Creu o de Luc Maior. Dats a XXVI de agost any de son pontificat VII de la nativitat empero del Senyor MCCCCI.

Indulso apostolico del delegado pontificio el cardenal de Tarazona Fernando, en el qual manda que se execute la incorporacion de la rectoria de Santa Cruz a este monasterio.

Es original.

Exstante segundo, numero 4.

1401, aug. 26

*FERDINANDUS basilice Duodecim Apost. de Urbe cardinalis tarasconensis ad perpetuam rei memoriam: nomine Benedicti XIII confirmat incorporationem quarti Ste. Crucis vel de Lucomaiori monasterio cartusiensi Vallis de Mussa litteris app. dat. Avinioni 22 iul. 1401. Dat. Avinioni in palatio predicto VII kal. sep. pont. Benedicti XIII a. VII. — "Apostolice sedis circumspecta benignitas".*

¶ FERDINANDUS miseratione divina basilice Duodecim Apostolorum de Urbe Sancte Romane Ecclesie presbiter cardinalis tirasonensis communiter nuncupatus. ¶ AD PERPETUAM REI MEMORIAM.— Apostolice sedis circumspecta benignitas circa ea que ecclesiarum et monasteriorum ac personarum ecclesiasticarum in eis et presertim sub regulari habitu virtutum Domino famulantium utilitates et comoda respiciunt se libenter exhibet propitiam et benignam. Exhibita siquidem sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Benedicto divina providentia papa XIII pro parte venerabilis et religiosi viri fratri Petri de Podiolo prioris ac venventus monasterii sive domus Iesu Nazareni ordinis cartusiensis diocesis maioricensis per priorem soliti sive solite gubernari petitio continebat quod licet serenissimus princeps dominus dominus Martinus rex Aragonum quoddam regium palacium in parrochia Vallis de Muça dicte diocesis constitutum ad opus dicti monasterii in quo prior et XII monachi ad divinum officium peragendum et alii ordinati valeant perpetuo virtutum Domino famulari deputaverint inibi tamen ultra multa opera iam facta ecclesia et plures officine dicto monasterio necessarie restant adhuc fiende ad quarum fabricam et sustentatiorem dictorum prioris et fratrum ac aliorum secundum statuta dicti ordinis ibidem necessariorum fructus, redditus et proventus, iura et obventiones ac emolumenta tam per ipsum dominum regem quam alias ex devocione nonnullorum christifidelium pro dote ipsius monasterii assignati seu assignata non sufficiunt nec alias suppetunt facultates. Quare pro parte prioris et conventus predictorum eidem domino nostro papa fuit humiliter supplicatum quatenus alterum ex prestimonii sive quartis de Lucomaiori dicte diocesis seu de Sancta Cruce Maioricarum illud vel illum ex ipsis quod vel qui primo per cessum vel decessum illud vel illum obtinentis vaccaverit aut si simul ipsa vel ipsi vacare contigerit illud vel illum videlicet vel quem primo prior et conventus predicti duxerint eligendum eidem monasterio perpetuo incorporare, annexere et unire de benignitate apostolica imperpetuum incorporavit, annexuit et univit ita quod cedente vel decedente beneficiato eorumdem prestimoniorum aut quartorum qui nunc est aut illud vel illum alias quomodolibet dimittente liceat eisdem priori et conventui per se vel procuratorem suum ipsius prestimonii aut quarti iuriumque et pertinen-

tiarum eiusdem corporalem possessionem, auctoritate propria apprehendere, fructusque, redditus et proventus iura, obventiones et emolumenta ipsius recipere et etiam retinere ac in suos et dicti monasterii usus convertere libere et licite diocesani loci et cuiuscumque alterius licentia minime requisita constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis nequaquam obstantibus quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de prestimoniiis sive quartis huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetraverint etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quasquidem litteras et processus habitos per easdem ad dictum quartum sive prestimonium idem dominus noster papa voluit non extendi. Sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem prestimoniorum sive quartorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari. Et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus totisque eorum tenoribus habenda sit in presentibus litteris mencio specialis memoratus enim dominus noster papa ex tunc videlicet a dicta die XI kalendas augusti irritum decrevit et inane si secus super hiis a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit actempari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam huismodi incorporationis, annexionis, unionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc actemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Verum enim propter nonnullas persecutiones satis toti orbi notorias proth dolor eidem domino nostro papa illatas obsidionemque manifestam in qua Avinioni in palacio apostolico per biennium et ultra detentus est ac subtractionem bulle papalis sibi factam littere apostolice tam super huismodi quam super aliis diversis gratiis quas personis diversis dictus dominus noster papa statuit et per suam constitutionem ordinavit quod nos Ferdinandus cardinalis tirasonensis prefatus super predictis omnibus et singulis concessionibus et indultis et aliis gratis quibuscumque factis et fiendis necnon et litteris aliis quibuscumque in cancellaria experidis solitis, litteras nostras sub nostro sigillo concederemus, volens nichilominus quod huismodi litteris nostro sigillo munitis tam iam expeditis quam imposterum expediendis traditis et tradendis ubique plena fides adhibeat tam in iudicio quam extra. Et quod ipse littere ad probandum omnia et singula in eis contenta sufficient ac si essent littere apostolice super gratiis vel aliis predictis contekte et sub bulla sua plumbea bullate nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Voluit tamen idem dominus noster papa quod quamprimum ipse bulla sua papali utetur vos prior et conventus prefati infra quatuor mensium spa-

cium a tempore expeditionis primarum litterarum apostolicarum sub dicta bulla litteras apostolicas super huiusmodi gratia vobis facta sub bulla ipsi teneamini facere expediri. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras nostri sigilli iussimus et fecimus appensione muniri. Datum Avinioni in palacio predicto VII kalendas septembres pontificatus eiusdem domini nostro domini Benedicti papa XII anno septimo.

Super plicam ad dextram: Rata M. de Arteaga.

Sub plica ad sinistram: Gratis per omnia.

Adest sigillum cereum, cera rubei et albi coloris e cordula rubri et crocei coloris pendens. — Sigillum tamen adest valde mutilum in inferiori sua parte.

A tergo circa medium: R. magno caractere.

Subter: Prima gratia pape pro monasterio Iesu Nazareni ordinis cartusiensis maioricensis diocesis per quam univit ipsi monasterio alterum ex quartis Sancte Crucis vel de Luco Maiori.

C. — Habetur pro nulla quia fuit bullata ex post.

Annotationes ab archivista monasterii peracte: peractel:

Indult apostolicus per lo qual papa Benet uneix al monestir de Cartuxa de Maiorca lo primer quart vagant de dos de Santa Creu o de Lucmaior. Dats a XXVI de agost any de son pontificat VII.

Calaix 3 numero 2.

1401, aug. 26

*Copia vidimiata concesionis precedentis subsignata a Iohanne de Rieria nott. die lune tertia mensis decembris anno a nat. Dni. millesimo quadringentesimo octavo.*

Hoc est translatum sumptum fideliter Maioricis die lune tertia mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo quadrinigesimo octavo, intervenientibus auctoritate et decreto honorabilis viri domini Petri Sorts bacallarii in decretis, canonici ecclesie callaritanensis, vicarii et officialis maioricensis, a quibusdam litteris pergameneis apostolicis, hoc est, bone memorie domini Ferdinandi basilice Duodecim Apostolorum de Urbe Sancte Romane Ecclesie presbiteri cardinalis tarasonensis communiter nuncupati, quodam sigillo cere virmilie oblongo ipsius domini cardinalis in cera alba impresso, in cordulis rubeis appendicio communitis, sanis et integris, non viciatis, non cancellatis, nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vicio et suspicione parentibus ut prima facie videbatur, quarum litterarum tenor in omnibus sic se habet ut sequitur. FERDINANDUS miseratione divina basilice Duodecim Apostolorum de Urbe, etc. ut supra.

Ego Petrus Sarts bacallarius in decretis, canonicus calleritanensis vicarius et officialis maioricensis predicto transumpto fideliter sumpto, auctoritatem mei officii interpono pariter et decretum in cuius rei testimonium hic manu propria me subscribo.

Signum Petri Corniliani notarii publici per totam terram et dominationem serenissimi domini regis Aragonum eiusdem auctoritate qui comprobacioni huius auctentici translati cum suis originalibus apostolicis litteris in presentia predicti honorabilis domini vicarii et officialis meique et infrascriptorum notariorum facte legitime interfuit et ideo hic pro copia subscrispsit in fidem et testimonium premissorum. Signum Nicholai Brancha notarii publici maioricarum qui comprobacioni huius auctentici translati cum predictis originalibus apostolicis litteris in presentia predicti honorabilis domini vicarii et officialis meique et notariorum hic descriptorum facte legitime presens fui et ideo hic me subscrispi in testimonium premissorum. Sig + num mei Iohannis de Rieria auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum qui hoc translatum a suis predictis originalibus litteris apostolicis auctoritate et decreto prenominati honorabilis viri domini vicarii et officialis maioricensis fideliter feci transcribi et in eius ac prescriptorum discretorum dominorum notariorum presentia cum predicto suo originali correxi legitime et ut cum illo concordans in omnibus loco, die, mense et anno preexpressis, clausi hic me subscribens in fidem et testimonium premissorum.

A tergo:

Annotations ab archivista monasterii peracte.

Prima gratia pape pro monasterio Iesu Nazarení ordinis cartusiensis diocesis maioricensis per quam univit ipsi monasterio alterum ex quartis Sancte Crucis vel de Lucomaiori.

Dat a XXVI de agost any del pontificat de papa Benet VII.

Calaix 3 numero 4.

11 x 61 cms.

Copia

1409, mar. 2

*BENEDICTUS XIII confirmat incorporationem parr. eccl. Ste. Crucis maioric. monasterio cartusiensi eiusdem dioc. factam ab episcopo virtute litt. app. eiusdem pont. que dat. Avinioni VII kal sep. pont. a. VII. atque collationem vicarie perpetue predice eccl. in favorem Nicolai Cuch. — Dat. Perpinianii VI non. mart. pont. a. XV. — "His que pro divini cultus augmentatione".*

¶BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

His que pro divini cultus augmentatione et personarum ecclesiasticarum provide facta sunt ut illibata consistant libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatem. Dudum siquidem ex certis causis rationalibus ad hoc animum nostrum moventibus parochialem ecclesiam Sancte Crucis maioricensis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis monasterio Iesu Nazareni cartusiensis ordinis maioricensis diocesis auctoritate apostolica imperpetuum incorporavimus, anneximus et etiam univimus ita quod cedente vel decadente rectore dicte ecclesie qui tunc erat vel alias ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente liceret priori pro tempore existenti et dilectis filiis conventui eiusdem monasterii ecclesie, iurium et pertinentiarum predictorum per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum corporalem possessionem auctoritate propria et proventus eiusdem in suos ac monasterii et ecclesie predictorum usus convertere. diocesani loci et cuiuscumque alterius licentia minime requisita, reservata tamen de ipsius ecclesie fructibus et proventibus pro perpetuo vicario in ea canonice instituendo congrua portione ex qua idem vicarius valeret commode sustentari, episcopalia iura solvere et alia sibi incumbentia onera suportare prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibi a nobis nuper pro parte dilecti filii Iohannis Gomis prioris monasterii et conventus predictorum petitio continebat quod olim ecclesia predicta quam quondam Berengarius de Massonis ipsius ecclesie rector dum viveret obtinebat per ipsius Berengarii obitum qui extra romanam curiam diem clausit extremum, vacante ac per dilectum filium Petrum Solanes priorem eiusdem monasterii et conventus predictos corporali possessione ecclesie, iuriumque et pertinentiarum earumdem litterarum vigore prout ex ipsarum forma poterant apprehensa venerabilis frater meus Ludovicus episcopus maioricensis de ipsius ecclesie fructibus et proventibus pro perpetuo vicario in ea canonice instituendo certam portionem congruam reservante, prout etiam in quibusdam litteris ipsius episcopi sigillo munitis plenius continetur. Quare pro parte dictorum Iohannis prioris et conventus fuit nobis humiliter supplicatum ut reservationem ac ordinationem et alia in litteris episcopi predictis contenta, excommunicationis sententia dumtaxat excepta, confirmare ac omnes deffec-  
tus si qui forsan in eis intervenerint supplere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huismodi supplicationibus inclinati, reservationem et ordinationem ac omnia alia et singula in litteris episcopi preter excommunicationis sententiam huismodi contenta, rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdem. Volumus autem quod vicariam eiusdem ecclesie pro tempore ob-

tinens assignata sibi per loci ordinarium de fructibus et proventibus supradictis congrua portione ex qua ut premittitur valeat commode sustentari episcopalia iura solvere et alia sibi incumbentia onera supportare ad solvendum aliquid annuatim pretextu pensionis infrascripte ultra quam residuum fructuum et proventuum predictorum suppetat minime teneatur. Tenor vero litterarum episcopi predictarum talis est. Ludovicus Dei et apostolice sedis gratia episcopus maioricensis. Dilecto nobis in Christo Nicholao Cuch presbitero beneficiato in ecclesia nostra sedis. Salutem in Domino. Dudum sanctissimus in Christo pater et dominus dominis Benedictus divina providentia papa XIII ad supplicationem serenissimi principis domini Martini regis Aragonum nunc feliciter regnantis atque nostri et venerabilium iuratorum universitatis maioricensis, ecclesiam parochialem Sancte Crucis Civitatis Maioricarum quam venerabilis prior monasterii Iesu Nazareni ordinis cartusiensis nostre diocesis velut vacantem de iure et de facto per obitum venerabilis Berengarii Massonis ultimi rectoris eiusdem elegerunt et acceptarunt ac corporalem possessionem auctoritate propria apprehenderunt de eadem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis vigore gratie apostolice eis concesse iam dicto monasterio auctoritate apostolica imperpetuum incorporavit, annexuit et univit reservata tamen per nos de ipsius ecclesie fructibus et proventibus huiusmodi pro uno perpetuo vicario in eadem ecclesia instituendo ac loci ordinarii qui pro tempore fuerint presentanto qui eandem ecclesiam Domino serviat et curam parochialium ipsius ecclesie gerat congrua portione de qua idem vicarius congrue valeat sustentari iuraque episcopalia solvere et alia sibi incumbentia onera supportare prout habet in literis apostolicis super inde confectis datumque Avinnioni in palatio apostolico VII kalendas septembbris pontificatus eiusdem domini Benedicti pape XIII anno septimo latius reserantur, volentes itaque vobis dicto Nicholao Cuch tam ex speciali effectu dicti illustrissimi domini regis Martini principalis fundatoris dicti monasterii qui de hiis cum instantia suis litteris nos rogavit quatenus ex affectione ferventi quam venerabilis prior et fratres dicti ordinis erga vos gerunt propter labores quamplurimos quos vos in persona propria circa novam constructionem et dotationem dicti monasterii ultra et citra mare utiliter exposuistis et propter ferventem et continuam sollicitudinem qua circa ministerium ipsorum fratrum et dicti monasterii provisiones intenditis diligentius et vaccatis ac clara experientia nos edocet et presertim propter vite ac morum honestatem aliaque probitatis et virtutum merita quibus vos estis a Domino insignitus sufficientiamque et ydoneitatem expertas quam circa exercitium divini officii et animarum curam habere dinoscimini gratiam huismodi facere specialem vobis dicto Nicholao dictum vicariatum iamdicte ecclesie parochialis Sancte Crucis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ad presentationem dictorum venerabilium prioris et fratrum eiusdem in persona vestra nobis factam vo-

bis conferimus et assignamus ad de illo providemus vosque instituendo per nostri birreti traditionem et capitis positionem investimus corporaliter de eodem, recepto tamen prius a vobis et per vos in manibus nostris prestito super reverentia et canonica obedientia nobis et successoribus nostris fideliter prestanda et de indemnitate dicti vicariatus servanda pro viribus solito iuramento; reservamus vero et cum presenti vobis et successoribus vestris in dicto vicariatu et pro vestri et eorum sustentatione et onerum infrascriptorum annua supportatione taxamus omnes et singulos fructus, redditus, proventus, iura, obventiones et emolumenta eiusdem ecclesie ita videlicet quod vos amodo et successores vestri predicta omnia et singula petatis. exigatis. recipiatis et habeatis et vestros proprios faciatis solvendo tamen et tradendo vos et successores vestros de eisdem fructibus anno quolibet priori et fratribus dicti monasterii qui nunc sunt et pro tempore fuerint pro eorum vite sustentatione ac vigore dicte concessionis apostolice eis ut premittitur facte ducentas libras regalium maioricensium minutorum franchas quintias et expeditas ab omnibus oneribus assuetis et non assuetis intus dictam Civitatem Maioricarum videlicet quartam partem eorum de tribus in tribus mensibus sub pena privationis ipsius vicariatus et excommunicationis sententiam quam nunc pro tunc trina canonica monitione premissa in vos et successores vestros in hiis scriptis promulgamus in quas penas eoque predictas solutiones vel eorum aliqua non compleveritis vos incurrire volumus eo ipso ulterius teneamini vos et dicti successores apponere annis singulis in operibus hospitiis dicte ecclesie Sancte Crucis secundum facultates dicte ecclesie et ipsum hospitium tenere condirectum et domos eiusdem, necnon etiam in ipso hospitio tenere hospitalitatem ipsis priori, fratribus et eorum servitoribus propriis tamen sumptibus et expensis dicti monasterii ac eis parare duos lectos pro eorum dormitu ac stabulum pro eorum animalibus ad ipsorum et dicti monasterii expensas si et cum ipsis vel alterum eorum ad hanc Civitatem Maioricarum declinare contigerit, ipsosque fratres seu eorum bona et dicti eorum monasterii pro posse vestro regere, procurare et defendere et alias circa necessaria dicto monasterio et fructibus eiusdem vacare in dicta Civitate Maioricarum et non alibi quamdiu de ipsorum processerit voluntate amplius vero teneamini iura episcopalia solvere et alia vobis incumbentia onera supportare prout habet in dictis litteris apostolicis continetur, dispensantes etiam favorem dicti monasterii vobis cum quod unacum dicta vicaria beneficium quod in sede nostra nunc etiam obtinetis valeatis de nostri speciali gratia retinere. Omnibus et singulis quorum interest et intererit tenore presentium iniungentes quatenus de omnibus et singulis fructibus, proventibus, iuribus et aliis universis et singulis ad dictum vicariatum et beneficium pertinentibus seu pertinere debentibus quoquomodo quamdiu in dicta Civitate vel pro negotiis dicti monasterii exercieritis et non alias vobis respondeant et satis-

faciant suis temporibus ut tenentur, mandantes nichilominus et eodem tenore committentes universis et singulis quatenus vos auctoritate nostra in corporalem possessionem dicti vicariatus ponant et inducant, inductumque defendant ac de omnibus fructibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis ad ipsam ecclesiam parochialem pertinentibus vobis faciant integre responderi. Contradictores et rebelles si qui fuerint, auctoritate nostra censura ecclesiastica compescendo. In quorum testimonium presentes vobis fieri et nostro sigillo pendenti iussimus communiri. Datum Maioricis secunda die octobris anno a nativitate Domini millesimo quadragesimo secundo.— Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, comunionis, supletionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Perpiniani, elensis diocesis VI martii pontificatus nostri anno quintodecimo.

Super plicam ad dextram: Rata gratis. — Ioannes Grasseti.

Sub plica ad sinistram: XXXII

Sub plica ad dextram: Ioannes Minuatensis pro domino vicecancelario.

Adest sigillum plumbeum e filo serico pendens.

A tergo:

In medio: R magno caractere. Supra C.

Annotationes ab archivista monasterii peracte:

Calaix 2 numero 17.

Bula de Benedicto XIII confirmatoria de la collacion de la vicaria de Santa Cruz en la persona del reverendo Nicolás Cuch presbitero.

Estante segundo número 17.

Calaix 2 número.

Confirmatio facta per dominum nostrum papam de certa ordinatione domini episcopi super pensione solvenda priori 200 librarum et fratribus domus Iesu Natzareni, Benedicti, ordini castusiensi maioricensis diocesis per vicarium Sancte Crucis, omnis defectus de certa scientia supplendo. Dats a 11 de marts any del pontificat de papa Benet XV.

1409, nov. 26

*Paulus Ferrarii vicarius perpetuus eccl. Ste. Crucis maioric. virtute litt. app. ut supra, requirente Iohanne Gomis priore domus cartusiensis. tradit eidem monasterio quartum eccl. Ste. Crucis vacans per resignationem Iohannis de Pradis.*

In Dei nomine. Noverint universi quod anno a nativitate Domini millesimo quadragesimo nono die decima nona mensis novembris postquam sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Benedictus divina providentia papa tertius decimus domui Ieshu Natzareni

cartusiensis ordinis maioricensis diocesis incorporavit, annexuit et univit quartum ecclesie parochialis Sancte Crucis Civitatis Maioricarum iam incorporate et unite domui antedictae prout in suis litteris eius vera bulla plumbea in filis de serico rubei croceique colorum more romane curie bullatis sanis et integris, non viciatis, non cancellatis nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vicio et suspicione carentibus quorum tenor in omnibus sic se habet. Benedictus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea libenter intendimus que ecclesiarum et monasteriorum ac personarum in eis degentium presertim sub regulari habitu virtutum Domino famulantium utilitates et comoda respicere dinoscuntur. Dudum siquidem parrochiale ecclesiam Sancte Crucis maioricensis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis domui Iesu Nazareni cartusiensis ordinis maioricensis diocesis incorporavimus, annexuimus et univimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis postmodum pro parte dilectorum filiorum.. prioris et fratrum ipsius domus petitio continebat postquam unio huismo- di suum fuisse sortita effectum propter inundationes aquarum que in partibus illis multa dampna et incomoda attulerunt, fructus, redditus et proventus ipsius parochialis ecclesie sint quamplurimum diminuti, pro parte prioris et conventus predictorum nobis fuit humiliter suplicatum ut quartum eiusdem parochialis ecclesie prefate domui incorporare, annectere et unire de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eorumdem prioris et fratrum, neconon carissimi in Christo filii nostri Martini regis Aragonum illustris ipsius domus fundatoris nobis super hoc humiliter supplicantis supplicationibus inclinati, quartum predictum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem domui, auctoritate apostolica perpetuo incorporamus, anneximus et unimus ita quod cedente vel decedente be- neficiato ipsius quarti qui nunc est vel alias quartum ipsum quomodolibet dimittente liceat eisdem priori et fratribus per se vel eorum procuratorem corporalem possessionem quarti, iuriumque et pertinentiarum predictorum auctoritate propria apprehendere, et tenere, fructusque, redditus et proventus, iura et obventiones eiusdem quarti in suos et dicte domus usus convertere. Episcopi maioricensis pro tempore existentis vel alterius cuiuscumque licentia minime requisita, non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis et statutis et consuetudinibus domus et ordinis pre- predictorum contrariis, iuramento confirmatione apostolice vel quacumque firmitate alia roboratis aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huismodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel ge- nerales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quasquidem litteras et processus habitos per eosdem ad pre- fatum quartum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad asse- cutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari et quibuslibet privi-

legiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter inserta effectus earum impediri valeat quomodo libet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre incorporationis, annexionis et unionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverint incursuri. Datum Perpiniani elensis diocesis idus septembbris pontificatus nostri anno quartodecimo. Et pro premissorum occasione, executione reverendo domino maioricensi episcopo mandatum fuerit cum suis aliis litteris eius vera bulla plumbea in cordulis canapis more romane curie bullatis, sanis et integris prout superius quarum tenor talis sequitur sub his verbis.

Benedictus episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri.. episcopo maioricensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus quem dilecti filii.. prior et fratres domus Iesu Nazareni cartusiensis ordinis maioricensis diocesis ad nos et romanam gerunt ecclesiam promerentur ut ad illa favorabiliter intendamus que eis fore conspicimus opportuna. Cum itaque hodie perpetuum beneficium sine cura quartum nuncupatum parochialis ecclesie Sancte Crucis maioricensis quam pri-  
mum per cessum aut decessum illud obtinentis vacare contigerit ex certis causis ad hoc moti eidem domui duxerimus incorporandum, annetendum et uniendum prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos volentes eosdem priorem et fratres favore prosequi gracie amplioris eorumdem prioris et fratum necnon carissimi in Christo filii nostri Martini regis Aragonum illustris ipsius domus fundatoris nobis super hoc humiliter supplicantis in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus si beneficium predictum per liberam cessionem illud nunc obtinentis vacare contigerit ut prefertur et pensatis per te super hoc circumstantiis attendendis cessionem huismodi videris admittendam ullam auctoritate nostra hac vice admitas ac eidem cedenti iuxta ipsius beneficii fructuum, reddituum et proventuum valorem et discretionem adeo tibi datam pensionem annuam de fructibus, redditibus et proventibus supradictis per eosdem priorem et fratres eidem beneficiato annis singulis exsolvendam eadem auctoritate assignes eidem cedenti quamdiu vitam duxerit in humanis, facias integre responderi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si eidem priori et fratribus vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a dicta sic sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litte-

ras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huismodi mentionem. Datum Perpiniani elnensis diocesis idus septembbris pontificatus nostri anno quartodecimo.—Cum honorabilis dominus prior, fratres et conventus predice domus Iesu Natzareni ipsas litteras multi reverendi patris domini fratris Bonifatii maioris domi ordinis cartusiensis et multum honorabilis domini fratris Petri de Podiolo prioris domus Vallis Iesu Christi diocesis barchinonensis percepérunt noviter sicut dixerunt quod reverendissimus in Christo pater et dominus Ludovicus Dei et apostolice sedis gratia episcopus maioricensis post cessionem de predicto beneficio perpetuo sine cura quarto nuncupato ut prefertur annexo in manibus ipsius per honorabilem virum dominum Iohannem de Pradis tunc illud obtinentem libere factam et per eum admissam, eidem honorabili domino Iohanni cedenti iuxta ipsius beneficii fructuum, reddituum et proventuum valorem et discretionem sibi adeo datam pensionem annuam quinquaginta librarum monete currentis regalium Maioricarum minutorum de fructibus, redditibus et proventibus supradictis per eosdem priorem et fratres eisdem domino cedenti annis singulis exsolvendam auctoritate apostolica sibi in hac parte comissa assignavit et de illa eidem cedenti quamdiu vitam duxerit in humanis loco et terminis consuetis mandavit integre responderi, presentibus ad hec et supplicantibus ac ea acceptantibus et stipulantibus nomine atque vice ipsorum prioris et conventus et sub eorum satisfactione tunc per modum subscriptum in futuro habenda dictis dominis domino priori maiori et domino priori dicte domus Vallis Iesu Christi iam superius nominatis. Ideo honorabilis et religiosus dominus Iohannes Gomis prior et religiosus frater Bernardus Gisbert vicarius, frater Bernardus Sebastia, frater Petrus Reig, sacrista, frater Anthonius Manresa, conrerius, frater Bernardus Laurador, frater Arnaldus Alberti et frater Bartholomeus Figarola, monachi dicte domus seu monasterii Iesu Natzareni presentes ac conventum dicti monasterii facientes et propter hec capitulum ipsius celebrantes in domo capitulari ipsius monasterii, loco solito pro ipso capitulo celebrando, et ubi fuerunt vocati et congregati more solito ad sonitum campanelle, reddentes gratias de predictis Altissimo et supplicationi acceptationique et stipulationi ipsorum reverendi domini prioris maioris et honorabilis domini prioris dicte domus Vallis Iesu Christi iamque dictis cupientes etiam adherere in presentia discreti Petri Ferrandi scriptoris curie regie parrochie Vallis de Mussa hec agentis et intervenientis vice et ex comissione mei Iohannis de Rieria notarii publici infrascripti et Enrici Sament clericis diocesis palenticensis regni Castelle, Iohannis Mironi barbitonsoris, civis maioricensis et Bartholomei Baiuli habitatoris dicte parrochie, testium ad hec specialiter vocatorum, unanimes et concordes scientes et consulte laudantes approbantes et confirmantes supplicationem, acceptationem et stipulationem predictas, fecerunt, constituerunt et ordinarunt eorum et dicti monasterii

ac eius conventus procuratorem sindicum et actorem predictum honorabilem dominum Iohannem Gomis priorem, presentem et acceptantem, videlicet ad apprehendendum et tenendum, auctoritate propria corporalem possessionem quarti, iuriumque et pertinentiarum predictorum sicut est eis licitum ex cessione predicti domini Iohannis de Pratis. Etiamque ad comparendum pro ipsis et eorum nomine coram reverendissimo episcopo antedicto vel coram eius vicario vel officiali maioricensi et coram eo vel eorum altero in iudicio confitendum et concedendum quod ipsi prior, fratres et conventus predicti tenentur ad prestationem et contributionem annuam dictarum quinquaginta librarum ratione pensionis prefate, dicto domino Iohanni de Pratis dum vivat et dictam pensionem obtineat hic intus Civitatem Maioricarum terminis consuetis de fructibus et redditibus dicti quarti. Et ad promittendum et conveniendum pro ipsis et dicto monasterio et eius conventu in manibus predicti domini episcopi maioricensis vel venerabilis domini vicarii in spiritualibus aut eius venerabilis officialis prout ipsi constituentes promiserunt et convenerunt solemniter in manibus dicti scriptoris se dictum conventum solvere et deliberare dicto domino Iohanni dum vivat et dictam pensionem obtineat vel eius legitimo procuratori intus Civitatem Maioricarum in proximo venturo festo natalis Domini viginti quinque libras et in proximo venturo festo pasche Domini alias vigintiquinque libras terminis in similibus fieri consuetis et in annis sequentibus in similibus terminis sive festis liberas, quitias atque franchas ab omnibus missionibus et expensis et sine dampno gravamine et interesse ipsius domini Iohannis de Pradis sub pena excommunicationis quam in se et dictum priorem et conventum a dictis dominis episcopo vel suo vicario aut officiali possint suscipere pro predictis attendendis. Et ad iurandum in animam eorum et dicti conventus quod ipsi attendent et complebunt predicta et nullatenus contrafacent aliqua ratione, iure vel modo, et ad renuntiandum propter hoc cuicunque exemptioni dicti ordinis vel monasterii aut eorum communiter vel divisim et ad subveniendum propter hoc foro dicti domini episcopi vel eius domini vicarii aut domini officialis predicti. Et de predictis et dependentibus ex eisdem facendum et celebrandum quemcumque contrarium instrumentum vel instrumenta, seu obligationes iudiciales aut extra iudiciales scilicet quod ei videbitur expedire. Et demum omnia alia et singula faciendum, exercendum et procurandum que in predictis et circa ea necessaria fuerint seu modo quolibet opportuna et que ac prout ipsi domini constituentes facere possent personaliter constituti, etiam si talia fuerint que de iure vel de facto mandatum exhibant speciale. Quoniam ipsi domini constituentes in manu et posse dicti scriptoris hec agentis nomine dicti mei notarii ut publice persone nomine quorum interest et intererit legittime stipulantis et parisenst se habere perpetuo ratum et gratum quidquid dictus dominus prior nomine suo et dicti conventus super predictis et dependentibus ex

eisdem duxerit peragendum et nullatenus revocare sub bonorum dicti monasterii et eius conventus omnium ubique hypotheca. Quod fuit actum et firmatum ut superius continetur predictis die et anno ac loco, presentibus dicto scriptore et testibus nominatis superius ad hec vocatis specialiter et rogatis. Subsequentes vero die martis vicesima sexta predicti mensis novembris, hora tertiarum, dictus dominus prior, nomine suo et ut yconomus predicti sui conventus in presentia mei Iohannis de Reria notarii antedicti et venerabilium Petri Sacosta canonici ecclesie maioricensis, et Guillermi Fabregues rectoris ecclesie de Falanigio, testium ad hec specialiter vocatorum, virtute cessionis prediche facte ut prefertur de dicto quarto, iuribusque et pertinentiis suis universis per dictum dominum Iohannem de Pratis et virtute annexionis, incorporationis et unionis huiusmodi et apostolicarum litterarum super inde factarum auctoritate propria personaliter constitutus ante personam venerabilis Pauli Ferrarii presbiteri vicarii perpetui dicte ecclesie parochialis Sancte Crucis personaliter existentis prope ecclesiam sedis maioricensis, apprehendit corporalem possessionem quarti, iuriumque et pertinentiarum predictorum eam tenendo et mandando ibidem dicto vicario ut de cetero sibi priorique et fratribus dicte domus pro tempore responderet et faceret responderi integre de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus quarti iam dicti et quod in signum possessionis huismodi aprehense sibi tradaret aliquid de fructibus dicti quarti et statim dictus vicarius facta sibi primitus ad eius petitionem fide de omnibus supradictis admittens in se dictum mandatum sibi factum, recepit eundem dictum priorem quo supra nomine ad possessionem dicti quarti, iuriumque et pertinentiarum eiusdem eique tradidit denarios in signum corporalis possessionis adhepte huismodi ut prefertur de quibus sic factis requisivit sibi fieri atque tradi unum et plura publica instrumenta per me dictum notarium, presentibus testibus antedictis. Et his sic factis successive fecit suam confessionem iudicalem cum suis promissione et obligatione coram venerabili viro domino Petro Sorts vicario et officiali maioricensi ac recepit in se et futuros priores fratresque et conventum dicti monasterii, sententiam excommunicationis cum renuntiationibus sive exemptionibus et fori ac aliis de solvendo hic in Civitate Maioricarum dicto honorabili Iohanni vel suo procuratori predictas quinquaginta libras per terminos antedictos sicut in scriptura iudicali inde continuata sub dicta die in libro communi minori curie officialatus maioricensis latius continetur. Postmodum vero die vicesima tertia mensis decembris anno predicto venerabilis dominus prior prefatus in presentia venerabilium dominorum Petri Sacosta canonici maioricensis et predicti Petri Sorts testium ad hec specialiter vocatorum tradidit michi dicto notario et post premissa continuari requisivit quoddam publicum instrumentum continens cessionem seu renuntiationem factam de predicto quarto in manibus reverendissimi domini epis-

copi maioricensis iam superius nominati per dominum Iohannem de Pradis superius antefactum quod instrumentum est tenoris sequentis.

In nomine Domini amen. Noverint universi quod anno a nativitate Domini millesimo CCCCº nono in ditione secunda die vero tricesima mensis octobris pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Benedicti divina providentia pape tertii decimi anno sextodecimo, coram reverendissimo in Christo patre domino Ludovico miseratione divina episcopo maioricensi dicti domini nostri pape camerario, in mei notarii et testium subscriptorum presentia constitutus venerabilis vir dominus Iohannes de Pradis filius quandam egregii viri Iacobi de Pratis canonicus et prepositus maioricensis, obtinens et possidens beneficium vocatum quartum parrochialis ecclesie Sancte Crucis maioricensis gratis et consulte ex certis iustis et rationalibus causis ad hoc animum suum moventibus, dictum beneficium vocatum quartum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis in manibus prefati domini episcopi pure et libere resignavit et dimisit omni iuri sibi in dicto quarto competenti et enunciando expresse. Quas siquidem resignationem et dimissionem ac renuntiationem idem dominus episcopus recepit et admissit ratasque et acceptas habuit de quibus omnibus sic peractis voluerunt et petierunt per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum. Que fuerunt acta Barchinone in palatio maiori regio intus cameram dicti domini episcopi die et anno quibus supra, presente me dicto notario et presentibus etiam discretis Andrea Padriga presbitero beneficiato in ecclesia maioricensi, et Philipo de Canosio dicti domini nostri pape familiari pro testibus, ad hec vocatis et assumptis. Signum mei francisci Ianuarii apostolica auctoritate notarii publici qui predictis resignationi et renuntiationi et aliis premissis dum sicut ut premittitur agerentur interfui eaque in hanc publicam formam redigens per alium scribi feci et clausi requisitus. Acta fuerunt hec omnia et singula supradicta predictis diebus et mensibus ac anno et locis ut superius continetur, presentibus me dicto notario et testibus supra notatis.

Sig + num mei Iohannis de Reria auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum qui predictis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis testibus interfui, eaque in hanc formam publicam redigens hec scribi feci et clausi vocatus inde et requisitus in testimonium premissorum.

A tergo: Possessio quarti ecclesie Sancte Crucis uniti monasterio carthusiensi.

Annotationes ab archivista monasterii peracte:

Possessio de la parroquia de Sancta Creu unida al monestir de Cartuxa de Maiorca. Dat a XXX de octubre MCCCCVIII any del pontificat de papa Benet XVI.- Haec verba sunt cancellata et postea dicit: Est possessio potius del quart de dita parrochia.

Calaix 2 numero 32.

Et alibi: Calaix 2 numero 9.

1411, apr. 16

*Attestatio Iohannis de Rieria nott. circa valorem annum decime ecclesiastice bladorum, vini et olei parrochie de Valldemussa ab anno 1398 ad 1410.— Datum et actum Maioricis die decima sexta mensis apr.a. a nat.Dni.millesimo quadringentesimo undecimo.*

Universis et singulis presentem inspecturis. Ego Iohannes de Rieria notarius publicus infrascriptus cum presenti fidem facio et attestor quod decima bladorum, vini et olei parrochie de Valldemussa insule maioriensis pertinencia pro sua dimidia parte illorum reverendo domino episcopo et honorabili capitulo maioricensi fuerunt singulariter vendita in annis et preciis infrascriptis, videlicet dicimum bladorum anni domini millesimi trecentessimi nonagesimo octavi, precio viginti quinque librarum regalium maioricensis minutorum et anni Domini millesimi trecentessimi nonagesimi noni precio viginti sex librarum et decem solidorum et sic anni Domini millesimi quadringentessimi pro quinquaginta quatuor libris, et anni millesimi quadringentessimi primi pro sexaginta una libris et anni Domini millesimi quadringentesimi primi pro sexaginta una libris et anni Domini millesimi quadringentessimi secundi pro septuaginta quinque libris et anni millesimi quadringentesimi tertii pro triginta libris et anni millesimi quadringentessimi quarti pro triginta libris et anni millesimi quadringentessimi quinti pro quadraginta duabus libris et anni millesimi quadringentessimi sexti pro quinquaginta libris, et anni millesimi quadringentessimi septimi pro quadraginta sex libris et anni millesimi quadringentesimi octavi pro quinquaginta libris, et anni millesimi quadringentesimi noni pro quinquaginta septem libris et anni millesimi quadringentesimi decimi pro triginta sex libris.—Et decimum vini anni Domini millesimi trecentesimi nonagesimi octavi pro triginta libris, et anni millesimi trecentesimi nonagesimi noni pro triginta octo libris et anni millesimi quadringentesimi pro quadraginta libris, et anni millesimi quadringentesimi primi pro triginta libris et anni millesimi quadringentesimi secundi pro viginti sex libris, et anni millesimi quadringentesimi tertii pro viginti libris, et anni millesimi quadringentesimi quarti pro viginti septem libris, et anni millesimi quadringentesimi quinti pro decem octo libris et anni millesimi quadringentesimi sexti pro viginti libris, et anni millesimi quadringentessimi septimi pro quadraginta quinque libris, et anni millesimi quadringentessimi octavi pro triginta libris, et anni millesimi quadringentesimi noni pro viginti libris. et anni millesimi quadringentesimi decimi pro viginti una libris. Et decimum olei anni

Domini millesimi trecentesimi nonagesimi octavi pro sexaginta tribus libris, et anni millesimi trecentesimi nonagesimi noni pro quinque libris, et anni millesimi quadrungentesimi pro septuaginta libris, et anni millesimi quadrungentessimi nil fuit precii adinventum, et anni millesimi quadrungentessimi quinti pro quindecim libris, et anni millesimi quadrungentesimi sexti pro viginti libris, et anni millesimi quadrungentesimi septimi pro septuaginta libris et anni millesimi quadrungentessimi octavi pro viginti sex libris, et anni millesimi quadrungentessimi noni pro triginta quinque libris, et anni millesimi quadrungentesimi decimi pro nonaginta una libris sicut hec constant per instrumenta in posse meo firmata per venditores et emptores decimorum huismodi, certis diebus et mensibus predictorum annorum. In quorum premissorum fidem et testimonium ad requisicionem venerabilis et religiosi fratris Iohannis Gomis prioris monasterii Iesu Nazareni ordinis cartusiensis in dicta constructi, precedentis se de premissis iuvare presentes meas literas eidem domino priori tradere curavi, confectas in modum publici instrumenti. Quod fuit datum et actum Maoiricis die sexta decima mensis aprilis anno a nativitate Domini millesimo quadrungentesimo undecimo. Presentibus discreto Nicholao Brancha notario et Iohanne Sora scriptore Maioricarum ad hec pro testibus specialiter evocatis.

Sig + num mei Iohannis de Reria auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum qui de predictis sicut prefertur testificans hec scribi feci et clausi.

Annotationes ab archivista monasterii peracte a tergo:

Certificacio dels delmes de Valldemussa.

Calaix 33 numero 4. — Calaix 33, numero 4.

Lo delme de Valldemosa desde lo any 1398 fins el de 1410 inclusive da tot lo que reb de gra i de oli i vi, puia i valgue tot 1461 lliures.

*(continuará)*

## INDIVIDUACION Y PRINCIPIO DE INDIVIDUACION EN LA OBRA DE RAMON LLULL

B. Jorgensen

Al tomar a la forma como definición de la especie, el pensamiento escolástico tuvo que hacer frente al problema de la individuación. Era necesario responder a la pregunta por el principio de la multitud sensible de los individuos, todos ellos definidos por la misma forma específica.

Este problema aparece en muchas obras de Ramon Llull, siendo su solución diversificada. Así, por ejemplo, el *Liber Contemplationis* afirma que sólo Dios es la causa última de las diferencias individuales, lo cual también se deja entrever a raíz de su concepción ternarista de la substancia. En el *Liber demonstrationis*, en cambio, se acentúa el papel de la materia en la individuación. La *Tabula Generalis* parece indicar que *virtus* es el concepto clave; que el individuo es reconocido como tal precisamente por su propio obrar, diferente del obrar de los demás individuos. El *Liber de ascensu et descensu intellectus* recoge otra vez la doctrina del *Liber contemplationis*, y el *De ente reali* hace lo mismo con la explicación ternarista.

A partir de este estado de cosas la consideración del papel de *differentia* en el conjunto del Arte se revela como fundamental.

En definitiva, los puntos de vista de Llull acerca de la individuación no son reductibles a un denominador común. Sus diferentes posiciones podrían entenderse como etapas de una evolución que, desde el *Liber contemplationis*, intentan hallar su lugar en el conjunto conceptual luliano acerca del mundo. Su solución deja entreverse, finalmente, a partir del acentuado rango concedido a *differentia* como uno de los principios substanciales originales. Esta evolución iría paralela al proceso mismo del *Ars Magna*, no cerrada hasta 1308, con la salvedad de que precisamente en este problema de la individuación no se llegó a una explicación final. Desde este punto de vista muchos puntos ininteligibles pueden ser comprendidos como exposiciones parciales de la reflexión de Llull sobre intentos de solución ya dados.

(Resumen: Jordi Gaya)